

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Seruicium c
cum fonte primo

Prudenter sibi Deus seruiri uult, non
ut nimietate sua debiles fiant et postea
medicorum suffragia requirant.

Temperandum est enim ut,
si fieri potest, ceptum
obsequium prouehatur quam
per inconsideranciam minuatur.
Intemperancia enim ipsam animam
inquietam facit ut cum de infirmitate
sollicita est, non tantum dedita sit diuinis
seruiciis. Damnum ergo affert
inprovidencia. Anima enim in
tranquillitate posita totum cor extollit
ad Deum integro consilio obsecrans que
petenda sunt.

Ambrosius super epistolam ad
Thimotheum super illo: Modico uino
utere.

prudenter enim deus sibi serviri vult, non
ut nimietate sua debiles fiant et postea
medicorum suffragia requirant.
temperandum est enim, ut,
si fieri potest, coeptum
obsequium gradatim provehatur, quam
per inconsiderantiam minuatur.
intemperantia enim ipsam animam
inquietam facit, ut, cum de infirmitate
sollicita est, non tantum dedita sit divinis
servitiis. damnum ergo adfert
inprovidentia; anima enim in
tranquillitate posita totum cor extollit
ad deum integro consilio obsecrans quae
petenda sunt.

Ambrosiaster, *Commentarius in epistula
ad Timotheum prima*, 5, 23 (CSEL 81.3,
H.I. Volgels ed., p.286, ll.10-18).